



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

X. Qua parte homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, infœlix est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

Simonides interrogatus, quid  
primò in memoria deleretur,  
beneficium respondit: quid itē  
tardius senesceret, difficilius  
è memoria tolleretur? iniuriam  
esse dixit. Hæc omnia, quàm  
miser & ignobilis homo existat,  
luculenter ostendunt, vt & gra-  
uitatem peccati mortalis, quo  
homo ingratus, *Diaboli miraculū*  
(vt eum Gulielmus Parisiensis  
appellat) *obliuioſaq; moles*, Deum  
oppugnare audet. Virulentum  
omnino est peccatum, & exe-  
crandum vas, quod ad instar ca-  
licis Pandoræ omnigena mala  
effundit.

*Lib. de  
Rhet. dist.  
no c. 4.*

CAPVT X.

*Qua parte homo ad imaginem, & ſe-  
militudinem Dei factus in-  
felix est.*

C 4 Homo

Be inter.  
domo.c. 67

**H**omo imago Dei est, per naturam, &, per gratiam eidem similis. Sicut enim, ait D. Bernardus, Deus ubiq; totus est, omnia vivificans, omnia movens, omnia gubernans; ita homo in corpore suo, anima ratione, ubique totus est, illud vivificans, movens & gubernans. Et sicut Deus est, vivit, & sapit; ita homo secundum modum suum est, vivit, & sapit. Et sicut in Deo sunt tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; sic & homo habet tres vires, scilicet intellectum; memoriam, & voluntatem. Et sicut ex Patre generatur Filius, & ex utroque procedit Spiritus Sanctus, ita & ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, non tamen tres Dii, sed unus Deus, & tres personæ; ita anima est intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tres tamen anima, sed una anima

Hac Bernardus.  
In Hexam.  
l. 6. c. 7. To.  
4.

anima  
tamen  
sunt en  
ginē cæ  
figiē, q  
test, qu  
tate tu  
ges, job  
Cyrill  
ginis &  
depicta  
rari sol  
na a D  
pecca  
filisco  
depin  
in atr  
sicque  
modo,  
rupib  
drupe  
neq;  
Diab  
nefar  
Circe

anima, & tres vires, Deformata  
tamen & obscurata est; depo- *Ps. 72. 20.*

suit enim, juxta Ambrosium, ima-  
ginē cœlestis, & assumpsit terrestris ef-  
figiē, quæ intrare civitatē Dei non po-  
test, quia scriptum est: Domine in civi-  
tate tua imaginē eorū ad nihilū redi-  
ges; obscuravit item, quemadmodū

Cyrillus loquitur, characteres ima- *Tract. ad*  
ginis & similitudinis Dei, ut imaginis *Colos. c. 5.*

depicta colores vivi & illustres obscu-  
rari solent. Obliteravit tandē do-  
na à Deo accepta, & in anima sua,

peccati penicillo, serpentes, ba-  
siliscos, aliaq; virulenta reptilia  
depinxit, haud pauciora iis, quæ

in atrium ductus Ezechiel vidit *Cap. 8.*  
sicque gloriam incorruptibilis Dei, suo *Rom. 1. 23*

modo, in similitudinem imaginis cor-  
ruptibilis hominis, et volucrum, & qua-  
drupedum, & serpentium transmūtavit;

neq; hīc gradum fixit, imaginem  
Diaboli animæ suæ impressit. O  
nefandum peccatū! O crudelem

Circen!

G 5

CA